

2091.

1317 d. 3 Febr.

Avignon.

Påfven JOHANNES XXII medgifver utvalde Ärkebiskopen i Upsala och hans Lydbiskopar, att genom Kaniker vid någon af de större kyrkorna låta rena kyrkor och kyrkogårdar, som blifvit oskärade, med vilkor att det dervid begagnade vattnet skall af Biskoparne sjelfva vara invigt.

Orig. Bullan på perg. i Kongl. Bibl.

JOHANNES episcopus seruus seruorum dei. Venerabilibus fratribus vniuersis Suffraganeis ecclesie Vpsalensis, ac dilecto filio . . Electo Vpsalensi, Salutem et apostolicam benedictionem. Deuotionis uestre precibus, benignum imper- tientes assensum, ea uobis libenter gratiose concedimus, que uestre quietis comoda respicere dinoscuntur. Cum itaque sicut ex parte uestra, fuit pro- sumptum coram nobis, ecclesias, et Cimiteria uestrarum Ciuitatum, et diocesium, sepe contingat effusione sanguinis, ac seminis uiolari, propter quod frequenter in populo scandala generantur, uosque propter diffusionem terrarum, ac de- serta, siluas, et aquarum impedimenta diocesium predictarum, nequeatis sine laboribus maximis et expensis, officium reconciliationis huiusmodi exercere, Nos uestris supplicationibus inclinati presentium uobis auctoritate concedimus, ut ecclesias, et Cimiteria supradicta, per aliquos presbiteros ydoneos, Cano- nicos Maiorum ecclesiarum uestrarum, reconciliari facere ualeatis quo- tiens ipsa taliter contigerit uiolari, aqua per singulos uestrum, in singulis suis Ciuitatibus et diocesibus, prout moris est, primitus benedicta, quacunque constitutione contraria non obstante. Per hoc autem constitutioni que pre- cipit, id per Episcopos, tantum fieri, nullum uolumus preiudicium imposterum generari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei, et beatorum Petri, et Pauli apostolorum, eius se nouerit incursurum. Datum Auinione III Nonas Februarij Pontificatus nostri Anno Primo.

På uppvecket: R:ta Jo. de Anag. . — På frånsidan: Leonardus de Verulis. R. MMCCCVIII.

Blybullan borta, men gula och röda silketrädar, hvarpå hon. varit fastad, finnas qvar.

^{*)} Fins äfven, jemte andra bref, i en af Ärkebiskop Olof genom Notarien Arnid Johansson af Forsby d. 1 Dec. 1318 utfärdad vidimation; äfvensom i en annan, utgifven af Ärkebiskop Hemming d. 7 Juli 1344.